



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Finis xxxviiij s.

Ad istam Curiam venit Henricus Knyght in plena Curia coram Senescallo & sursumreddidit in manus domini Unum Mesuagium triginta acras terre Ac Unam Acram & dimidiam terre iacentem in le Apse heriettable & Unam Acram terre vocatam Cannelles Acre & Unam Acram & dimidiam terre nuper
Simonis Dockyng Ad quas idem Henricus Admissus fuit tenens domini ut patet in Curia cum Visu Franci Plegii tenta ibidem quintodecimo die decembris Anno Undecimo Henrici octavi necnon duas Acras terre iacentes Apud le Nappers quas quondam fuerunt Elie Godsone Unum Campum vocatum Frenchefilde & duas Acras bosci iacentes in Napse quondam Walteri Knyghtes Ad quas idem Henricus Admissus fuit tenens domini ut patet in dicta Curia cum Visu Anno Undecimo predicto ea intencione quod Dominus reconsideret predictum Mesuagium terras prata boscos Ac cetera premissa cum pertinenciis prefato Henrico Knyght pro termino Vite Sue remanerium inde post eius decessum Henrico Knyght filio suo & heredibus suis imperpetuum Et Dominus sic inde habita seisina reconcessit predicta mesuagium terras ac cetera premissa cum eorum pertinenciis Habendum & tenendum eis & heredibus ipsius Henrici filii in forma predicta de domino per virgam ad voluntatem domini secundum consuetudinem eiusdem Manerij per redditus & servicia inde prius debita Et de iure consueta qui dant domino de Fine pro tali statu & ingressu inde habendo ut patet in Capite Et predictus Henricus Knyght pater fecit domino fidelitatem &c.

Lane ... Crofte

Finis xxx s.

Homagium presentant quod Ricardus Lane qui tenuit Sibi et Heredibus Suis de domino huius Manerij per virgam Ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij Unum Mesuagium & triginta Acras terre cum pertinenciis heriettable modo in duobus tenementis divisis iacentes infra dominium predictum Ad que idem Ricardus Admissus fuit tenens domini post mortem Johannis Lane Patris Sui ut patet in Curia tenta ibidem Decimo Die Julij Anno Duodecimo Henrici septimi necnon Dimidiam Acram terre iacentem in quodam Campo vocato Newmansfilde inter terram quondam Willelmi Skynners & Antea Willelmi Goneldes ex parte orientali & terram quondam Henrici Knyght ex parte occidentali que quondam fuit Juliane Tylers Ad quam idem Ricardus Admissus fuit post mortem dicti Johannis Lane Patris Sui ut patet in Dicta Curia Anno Duodecimo Supradicto Qui quidem Ricardus Lane obiit inde seisitus per diversos Annos elapsos Et ulterius dicunt quod Ricardus Lane filius Junior Johannis Lane filij Junioris Dicti Ricardi Lane est eius Consanguineus & heres inde propinquior secundum consuetudinem huius Manerij Et plene etatis qui presens in Curia petit se Admitti Ad predictum Mesuagium & terras cum eorum pertinenciis & salvo iure Cuiuslibet Admissus est inde tenens Habendum & tenendum Sibi & heredibus suis de domino per virgam Ad voluntatem domini secundum Consuetudinem Manerij predicti per redditus &

Herietti vj^s viij d.

servicia inde prius debita & de iure consueta Qui quidem Ricardus Lane dat domino de Fine pro tali statu & ingressu inde habendo tam pro seipso quam pro predicto Johanne patri suo eo quod idem Johannes pater occupavit predictum Mesuagium & terras toto termino vite sue Absque Aliqua Admissione inde sive fine proinde reddendo aut soluto domino ut in Curia cum Visu ibidem tenta Decimo Die Januarij Anno vicesimo septimo Henrici Octavi plenius liquet & Apparet / Et pro eo quod non constat Curie Ane Herietti debiti domino pro premissis post mortem Cuiuslibet eorumdem Ricardi & Johannis soluti fuerunt vel non Ideo consideratum est per Curiam hic quod idem Ricardus solveret domino nunc cijs. [sic] iij d. in nomine heriettorum predictorum Et non maius Et Super Hoc predictus Ricardus fecit domino fidelitatem.

pro duabus acris terre
Margeria
Lane redditus annuatim viij d.
Finis ----- iij s. iij d.

Homagium presentant quod Margareta Lane nuper uxor predicti Ricardi Lane qui tenuit Sibi et heredibus suis de domino per virgam Ad voluntatem domini secundum Consuetudinem Manerij predicti duas Acras terre iacentes in Mydlefeld quondam Elizabethe Halle Ad quas eadem Margeria Admissa fuit tenens domini post mortem eiusdem Elizabethe ut patet in Curia cum Visu Franci Plegii tenta ibidem Decimo Septimo Die Januarij Anno Duodecimo Henrici septimi [sic, octavi] que quidem Margeria obiit inde seisita per diversos Annos elapsos Et Ulterius dicunt quod Ricardus Lane est eius Consanguineus & heres inde propinquior Videlicet filius Junior Johannis Lane filii Junioris dicte Margerie Et plene etatis qui presens in Curia petit se Admitti Ad predictas Duas Acras terre cum pertinenciis Et salvo iure Cuiuslibet admissus est inde tenens Habendum & tenendum Sibi et heredibus suis de domino per virgam Ad voluntatem domini secundum Consuetudinem Manerij per redditus & servicia inde prius debita & de iure consueta Qui dat domino de Fine pro tali statu & ingressu inde habendo tam pro seipso quam pro predicto Johanne patri suo ut patet in Capite eo quod idem Johannes Lane occupavit premissa toto termino vite sue Absque Aliqua fine proinde soluto aut admissione inde tenentis ut in Curia cum Visu tenta ibidem Decimo Die Januarij Anno vicesimo septimo Henrici octavi plenius liquet Et predictus [Ricardus] Lane fecit domino fidelitatem.

cc Finis c---- iij^s iij^d

[Gap of several inches]

[Gap of several inches]

Summa istius Curie [blank]

Part 2 [Tuesday] 31 Oct 1553

Manerium de ¶ Curia prima generalis Margarete Caltone de Londoni vidue per mortem Thome Caltone

Dulwyche nuper viri sui dudum domini Manerij predicti tenta ibidem die martis proxima post Festum Appostolorum Simonis & Jude Anno regni Domine Marie dei gracia Anglie Francie & Hibernie Regine fidei defensoris et in terra ecclesie Anglicane & Hibernice supremi Capitis prima

cc--Essoniam cc- ¶ Elizabethe Draper Vidua essoniata est de Communi [secta] per Henricum Draper Attornatum suum per solucionem denarii &c.

cc-Attornacio tenentis nullus Ad istam Curiam nulla est Attornacio Alicuius tenentis liberi aut Custumarii eo quod predicta Margareta coniunctim statum habuit simul cum predicto Thoma Caltone nuper viro suo de & in predicto Manerio de Dulwyche videlicet eis & heredibus de corporibus eorumdem Thome & Margarete legitime procreatis &c ut in literis patentibus Henrici octavi nuper Regis Anglie plenius patet &c.

Homagium Inquisicio Capta ex officio Senescalli per sacramentum Henrici Knyghte Henrici Hunt Thome Ode Johannis Turno^{ur} Walteri Dove Johannis Dove
Juratus Juratus Juratus Juratus Juratus Juratus
defalta secte Curie misericordia & Willelmi Godderd qui dicunt & presentant quod Johannes Webbestor debet secte huic Curie respectone tenure sue Custumarie Et Ad hunc diem fecit defaltam Ideo ipse in misericordia dominae ut patet in Capite

X misericordia domine v s. Et presentant quod Averia Walteri Symond Vicesimo die septembris Ultimo preterito & tam diebus & vicibus Antea quam postea fuerunt in bosco dominae in pasturando ad destructionem eiusdem bosci in defectum Ricardi Pender Roberti Bacone & Thome Sewelle eo quod ipsi non fecerunt fencuram erga dictum boscum vocatum Curtmede prout tenet^{ur} Ideo ipsi in misericordia dominae ut patet in Capite

Lane versus Turno^{ur} Ad quem diem scilicet Ad istam eandem Curiam Michaelus Casynghurst Ballivus Manerij predicti Ac Minister huius Curie hic modo mandatur preceptum suum quod sibi directum fuit inter Ricardum Lane querentem & Johannem Turno^{ur} & Katerinam uxorem eius defendentes de placito transgressionis

&c in omnibus serviciis & executionibus videlicet quod ipse summoneat predictos Johannem Turno^{ur} & Katerinam uxorem eius per bonos & legales Summonitores secundum Consuetudinem Manerij predicti videlicet per Johannem Dene Ricardum Fene Et super hoc tam predictus Ricardus Lane quam predicti Johannes Turno^{ur} & Katerina uxor eius exacti fuerunt Et tam predictus Ricardus in propria persona sua comparuit quam predicti Johannes Turno^{ur} & Katerina in propriis

Plus inde in Dorso

[End of I2 [previously G2] (recto). I2 [previously G2] (verso) follows below.]

Roll I2 [previously G1] (verso) [Tuesday] 31 Oct 1553 (continued)

vij^o E^d vj^{ti}
1552 - 3
Dullig Manor

E. 3 G2^N

Edward the vjth the sixt
yeere.

V---r super aicodiu
--r-- jgro

Roll
C.1-3.

personis suis Comparuerunt Et unde dictus Ricardus Lane in propria persona sua querit^{ur} quod predicti Johannes Turno^{ur} & Katerina uxor eius vicesimo die Aprilis Anno regni Edwardi sexti nuper Regis Anglie septimo Clam ipsius Ricardi Lane videlicet in quinque Acris terre vocatis Crabnynges cruft cum pertinenciis Apud Dulwyche predictam infra Jurisdictionem huius Curie fregerunt & herbam suam Ad valenciam viginti solidorum ibidem nuper crescentem cum quibusdam Averijs videlicet equis bobus vaccis porcis & bidentibus depasti fuerunt concubuerunt & consumpserunt per quod idem Ricardus Lane proficuum soli sui predicti per magnum tempus Amisit videlicet A predicto vicesimo Die Aprilis usque diem intracionis & impetracionis placiti predicti scilicet tercium Diem Junij ultimo preterito Et Alia enorma ei intulerunt Ad quem dampnum ipsius queritur Et Unde Dicit quod Deterioratum est & Dampnum habet Ad Valenciam xxxixs vjd obolus Et inde producit sectam &c predicti Defendenti habent Diem Ad respondendo prefato querenti Ad proximam Curiam hic &c

^{cc} Ad quem Diem scilicet Ad istam eandem Curiam tam predictus Johannes Dove quam predicta Elizabeth Draper vidua exacti fuerunt Et predictus Johannes Dove in propria persona sua opponit se versus eandem Elizabeth in placito predicto &c Et predicta Elizabeth per Henricum

Dove versus
Draper c-----

Draper Attornatum suum venit & petit Visum de tenementa predicta cum pertinentiis Et si &c. Ideo secundum consuetudinem eiusdem Manerij preceptum est
Ballivo Manerij predicti Ac Ministro huius Curie quod habere facit Visum & c

End of I2 [previously G2] (verso), apart from (in a different hand) :

Rowls from the 6 of Edwardi the 6 to the i of Elisabeth

see



[and, near the bottom left-hand corner :]

Court Rollles from
y^e first yeare of K
Phillip & Mary
to y^e 18th of q. Eliza /

1553

[End of Roll I2 [previously G2].]